*ruinam minabatur*. Aliis atque aliis punetis est nomen cum affixo et verbum; et *franget*, scilicet *subjecta*; vel, *et fractura ejus*, quam efficit, quæ est *similis fracturæ*, etc.; vel, *et fractura ipsius, nempe rupturæ*; id est, quam ipsa patitur, est *ignitis*, etc.; et hunc sensum sequitur Vulgatus. *Judei autem et oorum respublica vel comparatur Judæi subjectis quæ comminuit mirus excelsus cadens, vel ipsi murosi decedenti*. Et si hoc sive illo modo intelligas, eos ita comminutos significat sicut comminuitur *vas testaceum*; quando absque affectu parcenti confingitur; etc. *CONTRITIO* *PREVALIDA*, sensum reddidit. Ad verbum sic legitur, *sicut fractura vasis sigulorum contusi non habebit affectum parcenti*. Et sumitur impersonaliter, et veluti adverbium, phrasi Hebrææ quæ id est, *inletementer, crudeliter, etc.* *NON INVENIETURIS DE FRAGMENTIS EJUS*; id est, *in ejus contusione* (id est, in fragmentis) *non invenitur*, etc. Quæ sequuntur peritias phrases sunt in minutissimas partes contritionis. *NOTA* tamen verbum *caschaph*, proprie significare *demurare*, sed cum de aquis dicitur; redditur verbo *haurienti*; nam *demurare aquas à puteo* est *puteum aquis nutrire*; vel *aquas quæ in puteo videntur tectæ erant, in oculis objicere*; quòd quoddam *demurare* est. Quis itaque, peccator tantum in messe viciis, in quibus sibi complacet, adversus semetipsum nunquam potest *demurare aquas*? Hoc certè illud est quod apud Michæam dicitur: *In seclere Jacob omne istud*, etc. Ergo iniquitas murum subruit, regna perturbat atque evertit. Considera autem, lector, in quam minutam particulam comminuit res Judæorum, ut non superfluit vel congregatio aliqua aut civitas in qua habeant propriam politiam, etc. Vide in quam vitem sortem devenerint, et quam inutiles ad aliquod ministerium sint, ut abjectiores sint fragmento testaceo quò igneus defertur aut quò hauriri nonnulli aquarum possit. Certè verum est quòd ait Sapiens: *Miseros populos faciunt peccatum*.

VERS. 14. — *ET COMMINETUR*. Aliis atque aliis punetis est nomen cum affixo et verbum; et *franget*, scilicet *subjecta*; vel, *et fractura ejus*, quam efficit, quæ est *similis fracturæ*, etc.; vel, *et fractura ipsius, nempe rupturæ*; id est, quam ipsa patitur, est *ignitis*, etc.; et hunc sensum sequitur Vulgatus. *Judei autem et oorum respublica vel comparatur Judæi subjectis quæ comminuit mirus excelsus cadens, vel ipsi murosi decedenti*. Et si hoc sive illo modo intelligas, eos ita comminutos significat sicut comminuitur *vas testaceum*; quando absque affectu parcenti confingitur; etc. *CONTRITIO* *PREVALIDA*, sensum reddidit. Ad verbum sic legitur, *sicut fractura vasis sigulorum contusi non habebit affectum parcenti*. Et sumitur impersonaliter, et veluti adverbium, phrasi Hebrææ quæ id est, *inletementer, crudeliter, etc.* *NON INVENIETURIS DE FRAGMENTIS EJUS*; id est, *in ejus contusione* (id est, in fragmentis) *non invenitur*, etc. Quæ sequuntur peritias phrases sunt in minutissimas partes contritionis. *NOTA* tamen verbum *caschaph*, proprie significare *demurare*, sed cum de aquis dicitur; redditur verbo *haurienti*; nam *demurare aquas à puteo* est *puteum aquis nutrire*; vel *aquas quæ in puteo videntur tectæ erant, in oculis objicere*; quòd quoddam *demurare* est. Quis itaque, peccator tantum in messe viciis, in quibus sibi complacet, adversus semetipsum nunquam potest *demurare aquas*? Hoc certè illud est quod apud Michæam dicitur: *In seclere Jacob omne istud*, etc. Ergo iniquitas murum subruit, regna perturbat atque evertit. Considera autem, lector, in quam minutam particulam comminuit res Judæorum, ut non superfluit vel congregatio aliqua aut civitas in qua habeant propriam politiam, etc. Vide in quam vitem sortem devenerint, et quam inutiles ad aliquod ministerium sint, ut abjectiores sint fragmento testaceo quò igneus defertur aut quò hauriri nonnulli aquarum possit. Certè verum est quòd ait Sapiens: *Miseros populos faciunt peccatum*.

VERS. 15. — *Causam vastationis magis explicat, ac mox etiam ipsam vastationem depingit*. *Ruinam* quidem et *confractorem* denuntiat quòd fastidirent nomen *Sancti Israelis*; fastidiebant autem, quia prophete ex parte *Sancti Israelis*, id est, Dei, quem in sanctum Israel venerari et revereri debuissent, ne Aegyptiorum auxilio inniterentur prohibebant, etc. At, ut vides, iterum eis invidis illud sanctum nomen ingerit. Si revererant, etc.; nomina sunt Hebræis. *In conversione et quiete salti eritis*; sensus tamen idem est: si ab instituto redeatis, neque in Aegyptum proficisci velitis, etc., sed licet quiescatis, erit vobis salus. *IN SILENTIO*, verbum *schacat* (cujus hic est infinitivus pro nomine, ut Ezech. 16, et infra 52),

Vulgatus infra 62, et 57, verbo *quiescendi* reddidit. Opponitur enim interdum *quies tumultus et strepitus*; atque ita accepit Vulgatus hoc loco, quia cum *fiducia* iungebatur. Est enim *diffidentium strepitus*, confidentium vero silentium. Videturque esse allusio ad verba Moysi, Exod. 14: *Stato, et videte magnalia quam Dominus facturus est vobis, et vos tacetis*; ubi Vulgatus quoque verbum, quod *cessationem* significat, carach verbo *taceendi* reddidit. Ex *suo*, seu *fiducia*. Hinc alludit Paulus: *Spe salvi facti sumus*; non quod hæc tantum ex impio quis fiat justus, sed quia liberatio à periculo congruenter tribuitur fiducia in Deum, quæ proprias vires despiciat, et Deo innititur. Quemadmodum etiam misericordiam in Scripturis tribuitur concessio misericordiam; et immiseri cordiam respondet etiam immiseri cordiam; nam *imminet iudicium sine misericordiam iis qui non usi sunt misericordiam*. Pauper tamen etiam respondet possessio regni cælorum, et luctu divinum in patriâ consolatio, et pacificis filiatio divina; non tamen cum de justificatione impii loquitur, dicit, ut misericordiam solâ, aut paupertate, aut luctu, aut pace, ex impio fieri hominem iustum; etiamsi non consequatur misericordiam, non possidet regnum cælorum, non accipiant à Deo consolationem, non sint filii Dei, nisi iusti. Hæc si attendere multi qui hoc nostro seculo Scripturas intelligere gloriantur, non adeo miserè errarent.

**VERS. 16.** — **NEQUAGUM.** Hæc est contumacia, rebellio, defectio et elatio sine superbia quam describere iubebatur Isaías, quam hæc responsione probebant. Hinc oriebatur illud *nolle audire nomen Sancti*, illud velle *audire fabrica*, etc.; verum si in quiete est illorum salus, illi verò *quiescere* nolunt, nolunt ergo salutem; ergo ipsi suæ perditionis auctores sunt; ut nemo sit adeo cæcus qui cum hæreticis nostri temporis dicat Deum esse auctorem perditionis. Nam si illud *nequam*, si illud *nolumus* à Deo erat, quid facerent miseri si aliud respondere non poterant? IDEO *FUGIETIS*; ita est ad verbum, id est, ita erit ut dicitis, *fugietis*; nus forte hic passivè accipitur, q. d., *ideo fugabimini*, ut singula singulis respondeant. Vel certe fugere pro pena computatur; atque in hunc modum optime reddidit Vulgatus al., per ad equos, non super equo; quasi luda prophetia in verbo *mus*, quod absolute posium est *fugere*, at cum accusativo et particulâ motus est *confugere*; q. d.: *Confugiemus ad Egyptios et equestres copias; iaciro fugietis. Equitabimus super velocibus equis; iaciro et hostes vestri velociores erunt*, etc. Et licet prior sensus planior videatur, hæc tamen interpretatio videtur confirmari ex c. 51, l.

**VERS. 17.** — **MILLE HOMINES**, ad verb., *mille unum*, vel *chilias una*. A FACIE TERRORIS. Nomen *gaarah*, Vulgatus sæpe *inreputationem* verit., et verbum verbo *inrepani*; est autem proprie cum *duriis verbis* in alique involvitur. Habet ergo emphasis, quod non à gladiis, non ab hisis, sed ab *inreputatione verborum animi* fingerent mille, et ab *inreputatione* quinque, id est, paucorum, etc. Allusio est ad benedictiones et maledictiones.

dictiones legis: *Persequimini inimicos vestros, et corruent coram vobis. Persequetur quinque de vestris centum alienos, et centum de vobis decem milia*, etc. *Quid si nobiscitis*, etc., *fugietis nemine persequente*. Vide Levit. 26; et Deut. 32, 50: *Quomodo fugabatur mille, et centum decem milia?* etc. *nunc quia Deus vendidit quod habet* etc. Metum ergo infligit in penam; ut cum videmus Christianos ab hostibus prosterberi, non alias causas queramus quàm peccata et Deum ob ipsa fratrum. At quæ unquam natio magis præclaras victorias obtinuit quàm Judæorum? quæ rursus majori infamia ob metum laborat? Apud nos certe in proverbium abiit, ut *Judæi* nomine pro *valde nectioso* utamur. DNEC RELINQUAMUS VELUT MALUS; *thoren*, ni fallor, ab *ore speciei cedri* dicitur, quod et in Palestinâ fabricari solebat malus; neque desunt qui *ore ipsam pinum* putent. *Ezech. 27: Cedram de Libano tolerunt, ut facerent melum*, etc. Vocat autem hic *malum* arborem ramis privatam, quæ in *vertice montis*, etc., ut supra, ubi *Judæorum res illi defluentibus foliis* comparavit. Sed quia in nonnullis regionibus etiam hodie in montibus delignant mali quidam, ex quorum summitate prospiciunt speculatores hostium adventum, præsertim in regionibus maritimis; quia etiam de signo mox inferi similitudinem, fortè ad hunc morem alludit, ut non sit sermo de arbore, sed de malo. Sed sive hoc sive illud dicas, una eademque ratio est similitudinis; solitudo nempe absque ullâ protectione, compassione aut commiseratione. Jam vero et similitudo signi in *vertice collis* addit ad præcedentem similitudinem, quod *Judæi* in omnium oculis futuri essent per orbem terrarum tanquam signum divini vindictæ, sicut conspicuum est signum quoddam super montem, etc. Quamvis autem hæc de vastatione Judæorum ultimâ intelligam, crediderim tamen prophetam historiam sui temporis percurrere quæ typus fuit futurorum. Nam sicut tunc *Judæa* tota vastata fuit, mansit autem *Jerusalem velut malus in vertice montis*, et arbor absque frondibus, etc., ita ex totâ illâ natione pauperuli quidam omnium injuriis expositi remanserunt, qui scilicet in Christum crediderunt, qui veram *Jerusalem* edificabant. Quemadmodum etiam tunc delevit hostes Assyrios Dominus in gratiam populi Jerosolymitani, ita delet Dominus hostes populi sui, etc. Quare si quedam verba videris quæ omnino de interitu Assyriorum videantur intelligenda; rursus quædam quæ excellentiorem redemptionem videantur significare, ne conturbetis; sed morem prophetarum esse intelligo, qui mysteria historiarum velamine obtegunt: verum tantum interdum erat mysterii fulgor ut non velum sed splendor tantummodo apparet; quo rursus remittente, velum ipsum conspiciebatur. Hæc autem est Christiana interpretandorum prophetarum ratio.

**VERS. 18.** — **PROPTEREA**. Particula *ita* non est hoc loco omittenda, quæ coherent hæc superioribus facit, et reddi potest particula *autem*, *veram, enim*, etc., quasi propheta tacite objectioni responderet: *Quare sic Dominus hostes grassari permittit in populum*

*num? etc., ne miseris, inquit, quod tamdiu dissimulet Deus. Nam in hoc totus est ut vos possit in gratiam recipere. Vel potius sit hæc objectio: Quis causa est cur Dominus omnino non perdat adeo contumaces filios? quid necesse est manere aut ipsam Jerusalem tempore Ezechie, aut reliqui as tempore Messia? Respondet: Certè in hoc apparet benignitas Dei, qui nihil aliud exspectat quam quod habeat quibus condelet et quos in gratiam suam recipiat. EXSPERAT. Non satis explicat verbum exspecto vim verbi *cabab*, quod *anhelanti* seu *inhiandi* verbo reddi potest; ejus participium in hoc eodem versu habes. Hinc tendit, inquit, in hoc totus est, ut miseretur. Ad hoc permittit hostes grassari, vos fugientes intercepti, multos ex vobis interfici, et in paucitatem redigi, ut vel malis fractos et ad se conversos in gratiam recipiat, vel ut tantummodo illi relinquantur quibus juxta consilia inaccessibilis sapientia suæ non indignum sit gratiam et à malis remissionem præstare. EXALTABITUR, id est, ideo in alta conscendit et abessisse videtur, et, ut David loquitur, *longè recessisse, ut tandem vestrum commiseretur. PARCENS*, vel *ad parcendum*. Est enim infinitivus, sicut qui processit. *QUI DEUS JUDICI*, id est, justus et justitiam colens. Impenitentibus enim ac contumacibus veniam præstari non sinit divina illa æquitas. Exerct ergo misericordiam Deus, sed juxta æquitalis leges. In hoc tamen rellucet ejus misericordiam, quod quos secundum justitiam posset perdere, tamdiu benignus exspectat, et malis exerct, quousque ad sanam mentem redeuntes in gratiam recipiens, jura ille æquitalis suæ non resolvat. O quàm merito exalabat propheta hic superius: *Domine, ad nomen tuum, ad commemorationem tui desiderium anime!* Quis enim te non amet, ô bone Deus, qui non oblivisceris misereri, sed in mediâ irâ ad misericordiam anhelat? imò ob hoc tantum irasceris ut tandem commisereris. Gaudet, dicebat quidam, quod Deus *judicii sis ac judicis hominum, qui Pater misericordiarum es ac Deus totius consolationis*. Cum ergo, christiane lector, adversis diu nos vexari videamus, meminerimus Deum pauperes decedere ut parcat; diuturnitatem autem dissimulationis nobis imputemus. Possunt hæc etiam, *Deus judicii Dominus*, ad hostes referri, juxta illud Apostoli, 2 Thess. 1: *Siquidem justum est apud Deum reddere iis qui affligunt vos afflictionem; et vobis, qui affligimini, relaxationem nobiscum*, etc. Utitur quoque interdum et Scriptura nomine *judicii* seu *justitiæ* pro *sanctitate* et *bonitate*. Est ergo *Deus judicii*, justus et bonus, etc. Sed prior expositio augustior est. *BEATI OMNES*, etc. *O felices omnes*, ô quàm bene habent omnes, quàm benè rebus suis consulunt, *qui inhiant ad illam*, qui cum tantus sit, et naturâ adeo à nostrâ diversâ, ad nos *inhiat*, et ad nostram salutem *anhelat!* Si igitur Deus ad nostram conversionem *anhelat*, et nostram tolerat in peccatis conversationem ut tandem aliquando relesmus, durissime fuerit adversa immittement *Dominum sustinere*, et ad ejus misericordiam *anhelare?* Clausit autem epiphonemate orationem, quod dignissimum esset*

ad tam iustum et amantem Dominum *anhelare*.

**VERS. 19.** — **POPULUS ENIM SION**. Dnest præpositio *in*: sed sensus integer est, *populus enim in Sion, id est, qui est in Sion, habitabit in Jerusalem*. Ne timeas quod per Sennacherib ad Assyrios transferaris, neque fideles putent quod Ecclesia unquam expugnanda sit. Finis erit lacrymarum; lantebantur pro diebus quibus humiliter fuerant; et tandem expulsi hostibus *in gratiam efficiet*. Vult hoc verbo uti, tum quod vim verbi videatur explicare, tum quod Paulus eo usus videatur, cum Epl. 1, ait: *Qui prædestinavit nos, ut adoptaretur in filios per Jesum Christum in sese, juxta beneplacitum voluntatis suæ, ut laudetur gloria gratiæ suæ, quâ iuxta nos seu recepit nos in gratiam, etc. STATU UT AUDBRET*; doctè hebraismum reddidit, *secundum audire te, cum primùm te auderit*. Auditi autem *vocem clamoris* cum ex animo invocatur, seu, ut David dicit, *in veritate*. Respondere quoque *Dei* vocat conventionem; nam in Scripturis interdum respondere nihil aliud est quàm opem afferre atque subvenire.

**VERS. 20.** — **ET DABIT VOBIS DOMINUS**. Vim conjunctionis Hebraicæ utcumque reddidit, *quidem*, vel, *dedit quidem vobis, vel, deditur*. Carent enim Hebræi plus quàm perfecto. Sed in futuro augustior est sensus. Cum, inquit, audis te *mox ut clamaveris exaudiendum*, sed juxta *deinde corpori mox futura suavia*. *Patiatur quidem Dominus te tentari, et in gratiam receptus adhuc vesceris cibo et potu quo utatur qui in angustia et pressura sunt*, etc. Vel certe narrat quo pacto responsurus esset Deus: *Obviescitis quidem, et pane angustia et potu pressura vesceris, obsidionis tempore; ad non tibi deerit doctor*, etc. q. d.: Corpus quidem dura patietur, at mens consolationum divinis refocillabitur; non deerit enim qui te verbo Dei consoletur, et de voluntate ejus certiore faciat. Vide, quæso, lector, qualem consolationem suis pollicetur Dominus, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeant. Ex indignatione quidem dicit, *ablaturum se prophetam et doctorem, et mandatarum nubibus ne pluant super vineam degenerantem; daturiam etiam se pensuram, non quidem panis aut aquæ, sed pemiam verbi Dei*; at reconciliatus nobis *dabit panem angustia*, sed non *deerit doctor*, etc. *NOX AVOLABIT*, ad verb., si sic liceret loqui, non *alabitur*, id est, non habebit alas; sed sensus est quem Vulgatus reddidit. *ULTRA*. Si de tempore Ezechie et hostibus Assyriis singula hæc non à moderatione quam supra dixi, sed Judaicè accipias, qui, quæso, verum erit quod non *ultra avolaret doctor*, neque deceret qui de viâ Dei Judæos doceret? Ergo splendor, quem dicebam, jam velum disparere facit atque discindit. De populo enim Dei loquitur, cui, tamdiu durabit mundus, nunquam deerunt veritatis doctores. Qui autem *morah pro pluribus accipiunt*, ostendant ubi hæc vox aliud quàm *doctorem* seu juxta etymologiam *voeis doctrinae jaculatore* designet, aut quorsum obsessis pluvia promittatur, nisi de hæc ipsa pluvia doctrinam interpretetur. *Oculi tui* videntes. Facit ad consolationem convenire ipsum doctorem, et oculis coram

cernere, quem interrogas, qui medicamenta adhibeat prout morbus postulat. Quid si praevidebat propheta conversantem in carne eum quod jussit Pater coelestis à nobis audiri?

VERS. 21. — POST TERCIUM. Praeter praepositionem *acare*, id est, *post*, est praepositio *men*, *ab*, *à*, *de*; et quaedam continuationem seu frequentationem notare videtur. MOXENTIS. Recte vitavi Vulgatus Hebraicum, quem retinui, quod manifestus esset. Verum si coram oculis erit, quomodo post tergum loquetur? Nihil aliud haec significant quam quod omnibus modis pererudiantur à Deo, sicut qui praepceptorem et paedagogum semper secum habent.

VERS. 22. — CONTAMINARIS. Praecedentia futura pro imperativis accipio; hoc autem praeteritum in futurum conversum in significatione futuri accipio. Sunt enim effectus auscultationis divinae doctrinae; primo, *contaminant*, id est, tanquam contaminationes fugiant, abijcunt, damnant, faciuntque ut male audiant, et ab aliis ut contaminationes vitentur. Haec est enim vis verbi *tama*, quod voce et significatione convenit cum Latino *contamino*. LAMINIS. Sensum optime reddidit; *laminis enim aureis et argenteis obducebant sculpitula lignea aut lapidea*. Verbum autem *taupah* (quod ex illis esse videtur quae contrarias significationes habent) in secundâ significat interdum *laminis obducere aliquid, ne appareat*, etc. VESTIMENTUM. Nomen *ayhadah* juxta sui verbi significationem *operimentum* dici potest. Crediderim autem de *laminis aureis* esse sermonem. Ne tamen existimes de idolis tantum haec dici, sed, cum ad tempora Christi referantur, illa omnia hic intelligi quae à cultu, religione, fide et amore veri Dei avocabant; ut saepe solent prophetae.

DISPERGES EA. Manifestum est verba *zur* et *zorah*, quae significatione conveniunt, nunc *complicare*, nunc contrariâ significatione *spargere* significare. Vulgatus et ceteri ferè omnes pro *spargere* seu *spargendo abijcere* hic accipiunt; ego libenter in altero modo significandi acciperem; nam pannos illos solent convolvere et complicare, et sic tandem abijcere, ne oculis appareant; ut Psal. 119, et Jud. 6, et suprâ cap. 1: *Non compresserunt vulnera*, etc. TANQUAM IMMUNDITIAM MENTIS. *Daah*, mulierem ipsam debilem, deinde honestè *menstruo laborantem* notat: hic pro ipsâ *imunditie* non male accepit Vulgatus. ECREBERE, *apage*, vel quid simile, est abominantis et fastidientis particula, etiamsi sit imperativus verbi *iata*, *egressus est*, etc. Haec omnia satis indicant quanto odio persecuantur, qui Deo loquenti et monenti obediunt, ante actam vitam; et quantâ alacritate ea abijcunt quae prius amittere metuebant. Aperit enim doctrina oculos, et lucem affert rebus. Si adsit itaque divinus favor, et vires habeat animus ad resiliendum, resiliunt tanquam à praecipitio, et priora omnia ne videre quidem dignantur, nisi forte ut ea desiant atque deestentur.

VERS. 23. — ET HABITUR PLUVIA SEMINI; et ita ferè omnes. Sed in accusandi casu quoque reddere possumus; *Dabit semen tuum pluviam*, ut sit quod nos di-

ctinos; *Dabit triticum sicut pluviam*, ut tanta sit copia seminis quanta pluvia solet in terram decidere. ER PANIS FRUGUM TERRAE ERIT, etc., ita pluviae postea reddi, ut illud *vau*, quod conjunctum est cum verbo *erit*, superfluum, ut interdum Hebraeis solet. Sed et sensus quem in versione reddidi simplex est, et *panem proventis telluris*, scilicet *dabit tanquam pluviam*; ut et seminis et fructuum sit ingens copia: neque solum commendatur à copiâ, sed et à *pinguedine et ubertate*.

PASCETUR. Certum est *raah* interdum intransitivè accipi, sicut hoc loco accepit Vulgatus, et *mikene* simpliciter pro *possessione*, et *kar* collectivè pro *agnis*, ut supra initio cap. 46. Quo dieo, ne quis inconsideratè Vulgatum damnat. Possunt nihilominus Hebraea reddi sicut in versione nostrâ, ut *possessio* hic specialitè accipiat pro *possessione pecorum et animalium*, et collectivè pro *ipsis pecoribus*; *verbo canah, acquisivit vel labore, vel pretio*, fortè quod olim habuissent divitiae et pecunie hominum, sicut Latine *pecuniam*: à *pecaie* dictam voluit, ita accipitur. Gen. 4, et 45; *Abraham erat dives validè in pecore et argento et auro*, etc.; *kar* quoque *pascuum agrum* designat. Incipit ergo hoc versu abundantiam honorum temporalium commemorare qua vita emendationem consequitur. Item continet versus qui sequuntur. Quae omnia felicitatem servorum Dei significant tam temporalem quam spiritalem; ut non haec Judaicè accipiamus.

VERS. 24. — COMMISTUM MEXIA, *belli est stramentum ex diversis mistum*, quale juvenis strabetur, Graeci vocant *πίμα*; Latini propria voce carent; *pubulum* licebit dicere. In nostris ergo Biblis idem His ponitur; et significatum vocis Hebraeae *canits* omittitur, quae *corruptionem* notat seu *affectionem*. *Comède* ergo *misturam acetosam*, quae juvenis gratè esse consuevit, quam arte conficiunt ex variis rebus qui jumentorum curam habent. *Sicut in arè; ra-cath* instrumentum est à *vento* nomen habens, quo in arè separantur à paleis grana. Licebit dicere *ventilabrum*, vel *palam*. Eiusdem ferè significationis est *mizereh*; et *ventilandum* seu *spargendum* habens appellationem; et *ventilabrum* vel *canum* dicere possis. Vulgatus sensum veritè: *Sicut in arè ventilatum est*, id est, mundas paleas atque purissimas. Non quod nihil aliud quam paleae darentur jumentis, sed quòd paleae illae, quae prepararentur cum aliis, essent mundae. Facile autem est videre quid in Ecclesiâ et populo Dei *bores et asini, quibus terra colline*, significant.

VERS. 25. — RIVI CURRENTIUM AQUARUM. Hebr. *riti scaturigines aquarum*, quasi per appositionem dicuntur. Et est verbum sing. cum nomine plurali, ut saepe constevertunt Hebraei. Rivorum autem est per valles decurrere, non per montium cacumina. Sed cum haec spiritaliter sint accipienda, non mirum quòd divinis charismatibus affluent illi de quibus id nequaquam credi potuisset, neque tantum sibi solis abundent, sed in subjectas valles fluentia aquarum devolvant. IN DIE INTERRECTIONIS MAGNAE. Typum simul et veritatem hic tangit. Interfectis enim per auxilium Assyrii quib' erant in circuitu Jerusalem, quoque caedes maxima fuit

noctie unâ perpetrata, omnia illa montana, veluti aquarum rivulis perfusa, populum Jerosolymitanum ob rerum omnium abundantiam, quam in castris reperere, summâ jucunditate affecerunt; sed et eo tempore quo Dominus hostes populi sui, ipsos scilicet infideles Judaeos, per Romanos interfecit, maxima vis bonorum coelestium extorres quoque et à gratiâ Dei alienos conspersit; conversi enim ad gentes discipuli Domini, eas in omnibus divites reddebant. Cui cernerentur TERRES. Eodem modo hoc sicut membrum quod praecessit intelligit.

VERS. 26. — ERIT LUX LUXAE, etc. Haec nihil aliud quam ingentem laetitiam significant qua fruuntur fideles cum vident vulnera suorum peccatorum per Filium Dei superalligata; cujus fuit typus illa inexpectata laetitia quam habuit populus Jerosolymitanus, interfectis per miraculum Assyrii. Nam sicut *obscuritas solis et luna calamitates* et tristitia omnia figuratè in Scripturâ significant, ita et *lux luxae ac solis multiplicata laetitia* ac *laeta omnia* notat. Nam et laetitia affectus sol clarissus splendescere videtur; et qui moreno animi tabescunt, illis omnia obscura apparent. Humor etenim ille quo cor vive cerebri tristitia affectorum perfunditur, ater quocumque est. De hac laetitia plura in sequentibus videbis, ad quae jam dudum properamus.

VERS. 27. — Jam hostium eversionem manifestus narrat. NOXEM DOMINI, interdum nomen pro *sumâ et gloriâ* accipitur apud Hebraeos sicut apud Latinos, ut Dent. 26, et Prov. 22, etc. Ergo hic nomen Domini pro *Domini majestate*, vel *Domino ipso glorioso*, accipio. Sic autem loqui multum propheta, ut adventum illum, quasi famâ è longinquo ad se delatum, significaret. Ille fortè respexit Evangelista cum *venturum Dominum cum majestate* significaret ad Jerosolymam vastandam. ARDENS FUROR, *aph*, ut jam admonimus, *nasum* proprie notat, et pro *ira* saepe accipitur, quae in naso rehuet; saepe etiam pro *cultu* ipso; atque ita hoc loco libens capio. Inducitur autem Dominus quasi ignem spirans, fortisque in furorem versus, et ut qui ore suo nihil nisi iram ac vindictam promat.

VERS. 28. — ET SPIRITUS ERIS. Introdicit propheta spirantem Dominum, cujus status ita obvia quoque prosterat ut solet prostertere inundatio, quae tantum non caecumina seu capita montium operit; *inundatio, inquam, torrentis*, quae violentior esse solet, et eo plus nocere quò minus praevideatur. Ad perennes dentes; sensum reddidit Vulgatus, Hebr., *ad agitantem gentes cribro*. Comparatur autem ingens calamitas *agitationi* quae *cribro fit*, quod in eâ concussione multa grana decidunt quae absque cribratione nihil periculi sibi imminere putabant. Haec eadem similitudine usus est Dominus in Evangelio cum dicit: *Satanam expellite Apostolos ut cribraret eos veluti triticum, et in tentationem in ierent*. IN NUBILUM; *seha vanitatem* interpretari possumus, quod Assyrii exusti fuerunt et in pulverem et nihilum rediit. Propria autem nominis significatio est *praecipitanti*: inde pro *feracitate* accipi solet et *vanitate*. Cribro ergo seu *agita-*

tionem praecipitantem puto designari, qua grana extra cribrum excutuntur. Vel *vanitatis cribrum* dicitur quod inanè manet, et grana decidere patitur, etc. Non minus haec in Judaeos tempore Titi quam in Assyrios tempore Execbiae conveniunt. Denique de hostibus populi Dei haec verè dicta esse ne dubites. ET FUROR ERIT, vel *furor errans*. Est autem, ni fallor, epitheton Assur, qui potentia sua plurimas nationes infrenabat et quasi freno subjugaverat. Dicitur autem *errare in maxillis*, id est, versari, eo modo significanti quem supra cap. 28, 7, explicavi; quod qui non animadvertunt, somnia hoc in loco lectori narrant. *Ventre igitur Domini* dicitur ad *cribrandi* istos populum infrenatores, qui ceteris, veluti brutis, imperabant. *Vel venit ad agitantem frumum, quod perari faciet super maxillas populorum*. Vel splendens verbum substantivum, et *erit frumum errans super maxillas populorum*, quod videlicet gentes venient in transiurus castigatibiles et flagellis, ne adversus populum Dei ultra tumultuantur. Sed prior expressio simplicior est, et venustatem habet.

VERS. 29. — CANTICUM ERIT VOX. *Latibatur justus cum viderit vindictam*. Redemptio quoque servis Dei illuxit, delectis impis Judaeis; sicut populo Jerosolymitano, occisis Assyriis. SICUT NOX SANCTIFICAE, etc. Sensum rectè expressit. Nam Hebraea concisa sunt deficientè relativo, *sicut nox (vel nocte) sanctificatur festivitas*; sicut quae nocte sanctificatur aliquod festum. Credo autem hic paschalis noctem commemorari, quia in memoriam illius noctis sanctificata erat qua occisis primogenitis Aegyptiorum Israelitae ex Aegypto exierunt, quam summâ laetitia celebrabant, QUI PERGIT, etc. Existimo rusticorum laetitiam hic commemorari, quae nulla est major, quod à curis rerum omnium vacui totos se laetitia dedant. Illi sunt qui *cum libâ ad montem Domini*, et in domum orationis veniunt, et hic vocibus ununt: *Eamus ad montem Jehovah, ad petram Israel*; emque laudibus celebrantes, saltationes et choreas immiscunt. Omnes ergo gaudio perfundendus significat absque ullo discrimine, ita et neque personarum neque dignitatum sit futura illa differentia, sed in simplicitate animi, summâ cum voluptate, quasi rustici Dominum celebrabant, qui se redemptos de manu inimici agnoscent.

VERS. 30. — GLORIAM VOCIS SUE, id est, vocem suam gloriosam et majestate plenam. Describit propheta quem in illa nocte acciderunt quae Assyrii percussus sunt à Domino; et *vozem glorie* credo notare tonitrua, et, juxta mysterium, *Evangelium glorie beati Dei*, ut vocat Paulus, *TERROREM*, ad verb., *dimissio-nem brachii*, id est, apparuit quod Dominus dimittat manum suam ad percutiendum, quod non potest non terrorem maximum incutere. IN COMPARATIONE TIRONIS; *raaph, conturbatum esse* significat, vel *irâ, vel trititia*, etc., etsi *aph*, ut supra dixi, pro *vultu* accipiamus. Inducit propheta Dominum vultu conturbato pra' irâ, et voce terribili, atque brachium in morem percutientis exercitum ac dimittentem. ALLIDET, na-

phats Vulgatus ut verbum accepit; nam in *piel* est collidendo dispergere, ut Psal. 2: *Ut vas figuli dispergas eos*, id est, fractos disperges, etc. Ut sensus quoque esse possit, *et flammam ignis sparget, et intrem, et lapidem grandinis*. At si tanquam nomen accipias, in qua forma nunc in Bibliis legitur, sensus quoque planus est; nam ita vocant Hebraei fulgurum ab *spargendo*, in *flammâ igitur ignis, et fulgure, et imbre, ac grandine* apparuit manifestè, quòd Dominus percuteret hostes dimittendo brachium suum super eos.

VERS. 31. — ENIM, *hi non tam rationem hoc loco reddit quam sententiam continuat, et per adversativum reddi potest: A voce autem Domini, etc.* PRÆCENSUS, *isakch* nunc in formâ activâ legitur Hebraei; sed cum eisdem litteris et aliâ punctatione possit esse vocis passivæ, mali cum Vulgato legere. Sensus planus est.

VERS. 32. — ET ERIT TRANSITUS FUNDATUS, etc. Quid Vulgatus velit manifestum est, nempe quòd percussio illa non levis esset, sed firma et stabilis, qualia sunt fundamenta. Quòd dubium quin Hebraea hunc sensum habere possint; multò tamen aliter hæc quoque poterimus interpretari, nempe ut *musad* pro *fundamento* accipiamus, et *he* finale pro affixo feminino. Nam ultima vox *lujus* versùs pronomen quoque est femininum. Quòd mihi non est dubium quin propheta fecerit ut mysterium subsesse intelligeremus, sicut et versu seq. Jam enim dixi hæc Assyriorum vastationem ut typum describi ejus que per Romanos Judæis advenit inimicis Apostolorum et servorum Dei. Sunt ergo *Assur* et castra ejus, *Jerusalem ipsa*, in qua facta est *occisio magna*, et *cujus ceciderunt turres, etc.*, ut supra dictum est. Dixerat autem versu superiori: *Assur virgâ percussurum*; hoc verò nihil instatum virgam illam Dei seu baculum reliquisse significat. Et ad verbum sic reddi potest Hebraismus: *Et erit omnis transitus virgæ fundamentum ejus*, id est, totum fundamentum ejus permeabit transiens virga. Universa enim castra permeavit virga illa, et civitas *Jerusalem* in fundamentis ipsis percussa fuit. Quòd verò sequitur, magis Judæis convenit quam Assyriis; nam *virgam* illam usque in hodiernum diem *quiescere* videt super ipsos. EXPUGNABIT EOS, *Massorita* lectionem in margine apponunt *baem*, id est, *cum eis, vel adversus eos*; et ita legit Vulgatus. Nunc exemplaria habent *bah, cum eâ, vel in eam*. Ut quemadmodum Judæi intra mœnia reclusi et obsessi, non armis, non instrumentis bellicis, sed *tympanis et cytharis*, et occasione victimarum, seu oblationibus, quas *sursim levabant* atque *agitabant*, victoriam adepti sunt; ita populus Dei hostes suos, et Christiani hostes Judæos, à quibus immanes persecutiones perpassi fuerunt, non armis, sed ingenti gaudio in tribulationibus, et sacrificiis Eucharisticis deleverunt. BRULUS PRÆCENSUS, à verbo *meph*, id est, *agitavit*, est nomen *temporalis*, quòd interdum non *agitationem* sed ipsam *oblationem* que *hinc inde agitatur in sacrificiis* significat, quam *agitandam* dicere possis. Vide Exod. 29, et 35. Ex Num. autem 8, constat significa-

tio hujus ceremonie: *Agitabit Aaron Levitas agitandos coram Jehovah à filiis Israel, ut serviant servitium Jehovah. Bella itaque agitationis (seu agitanda) sunt bella que sacrificiis et oblationibus constant ac conficiuntur, non armis. Habent et Christiani suam agitandam et hostiam, quam in altari hæc atque illuc movent, quo uno sacrificio hostibus spississime negotium facessunt. Poterat autem, sicut dixerat, in *tympanis et cytharis*, dicere in *sacrificiis*, sed maluit nomen *milecanah* addere, ut eadem quoque fieri significaret hostiarum, quòd videlicet populus Dei non hostes sed victimas cederet; hostes autem Deus ipse, qui immolabant, perderet. At quod genus belli huic possit comparari? Non mirum ergo quòd Vulgatus *Bella præcipua* diceret pro *optimo bellandi genere*.*

VERS. 33. — TOPHETH. Ex 2 Reg. 25 et Jer. 7, constat *thopheth* fuisse excoelsum in quo idolo Moloch filios Judæi immolabant. Quia verò horribile erat spectaculum, et cultus ille portentosus valde erat, denominationem hanc accepit; nam *mopheth prodigium* est. Atque hanc etymologiam magis probo quam Lyranus et aliorum, qui à *tympanis* dictum volunt. Unde Job. 17 pro ipso *mopheth* positum videmus: *Posuit me parabolam populi, et portentum in oculis eram*. Hic autem legitur addito *he*, quasi denominativum nomen ab illo. Et eo utitur Isaias pro *inferno* et horribili illo damnatorum loco; sicut et Dominus *gehennæ* nomen, id est, *vallis Hinnon*, in quo Topheth erit, usurpavit pro tristi illa et infami damnatorum sede. Ergo certè puto vallem illam et locum illum cum primum à *pulchritudine* et *judicantia* nomen habuit, post cultum illum horribilem infamem esse coepisse, saltem apud pios; hinc ad damnatorum sedem significandam ejus translatus est. Ergo cum Isaias prævideret Assyriorum cladem (quam verisimile est in illa valle propè *Jerusalem* accidisse) venustè in nomine *thopheth* ludit, dum locum illum jam dudum regi Assyriorum cum suis *preparatum et stratum*, etc., dicit. Sed non prætereundum est, quòd initio versùs (ut ex adjunctis participiis videre potes) nomen *thopheth* sit masc. generis; et verba *hæcebat, et admisit*, que intransitivè accipiuntur, illud ostendunt; in fine tamen sit feminini, cum ait: *Flatus Domini succendens eam*; quod certè ego ad mysterium refero. Nam in civitate *Jerusalem* tam principes quam populus, quemadmodum Assyrii in Topheth, consumpti sunt. Non minùs enim civitas illa infamis erat post occisum Dominum quam Topheth: pluraque portenta et visa horrenda in eâ quam in Topheth visa sunt. Hæc tamen non impediunt quominus hic damnatorum locum describi dicamus. Parùm enim fuit propheta illos occidendos dicere, nisi in æternum cruciandos cum principe diabolo predicaret in igne, quem Dominus in Evangelio, et hunc locum alludendo, dicebat, *preparatum esse diabolo et angelis ejus*. Quòd si jam Isaiæ temporibus locus ille infamis erat, qui alioqui à *pulchritudine* et *amoenitate* juxta etymologiam à verbo *iaphah* nomen habebat, certè post illam cædem et corporum adustionem, quam in

sequentibus narrat Isaias, multò aptius damnatorum locum designasset. NUTRIMENTA, Sensus reddidit. Vox *medurah* à serie dicitur vel ordine lignorum, *Pyram*

## CAPUT XXXI.

1. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis sperantes, et habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt; et super equitibus; quia prævalidi nimis; et non sunt confisi super Sanctum Israel, et Dominum non requisierunt.

2. Ipse autem sapiens adduxit malum, et verba sua non abstulit; et consurget contra domum pessimorum; et contra auxilium operantium iniquitatem.

3. Ægyptus homo, et non Deus; et equi eorum, caro, et non spiritus; et Dominus inclinabit manum suam; et corruet auxiliari; et cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur.

4. Quia hæc dicit Dominus ad me: Quomodo si rugiat leo; et catulus leonis super prædam suam; et cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit, et à multitudine eorum non pavebit; sic descendet Dominus exercituum ut prælietur super montem Sion, et super collem ejus.

5. Sicut aversæ volantes, sic proteget Dominus exercituum Jerusalem, protegens et liberans; transiens et salvans.

6. Convertimini sicut in profundum recesseratis, filii Israel.

7. In die enim illa abjiciet vir idola argenti sui, et idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestre in peccatum.

8. Et cadet Assur in gladio non viri, et gladius non hominis vorabit eum; et fugiet non à facie gladii; et juvenes ejus vegetales erunt.

9. Et fortitudo ejus à terrore transibit, et pavebunt fugientes principes ejus; dixit Dominus, cuius ignis est in Sion; et caminus ejus in Jerusalem.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Superiori capite contumaciam Judæorum attigerat, qui Ægypto potius quam Deo confidere volebant; sed statim ad felicitatem illorum qui spem suam in Deo collocabant digressus, sermonem visus est interrupisse, illic ergo nunc redit, et illorum stultitiam tralucere conatur; non cessat tamen aliquando apertius ab insinuando mysterio de perditione Judæorum, et suorum liberatione, ut suis locis indicabimus. V. E. vide cap. 30, 1 et 16: *O miseros illos qui descendunt, etc.* IN EQUIS SPERANTES. Illic videtur explicari versus 16 capitis superioris. SERA EQUITIBUS. Jam supra 28, 28, de significatione nominis *pharashas* disserui, et *ingalia animalia*, ejuſdemque generis sint, dixi significare. Qui autem *equites* veniunt, in multis locis aliter reddere coguntur. PRÆVALIDI; *atsam*, cuius hic est futurum, *corroborationem vel condensatum esse* notat. Quæ enim condensantur, majus robur habent, etc. Possumus ergo et de robore interpretari cum Vulgato, vel de *condensatione* seu *constipatione multitudinis*. SUPER SANCTUM ISRAEL. Quid intèrerat inter Ægyptiorum robur et Sanctum Israel,

dicere possumus, ut Ezech. 24: *Ego magnifico pyram*; ubi Vulgatus *pyram* quoque reddidit.

## CHAPITRE XXXI.

1. Mais malheur à ceux qui vont en Egypte pour y chercher du secours, qui espèrent dans les chevaux des Égyptiens, qui mettent leur confiance dans leurs chariots, parce qu'ils en ont un grand nombre, et dans leur cavalerie, parce qu'elle est très-forte; et qui ne s'appuient point sur le Saint d'Israël, et ne cherchent point le Seigneur.

2. Mais le Seigneur, sage comme il est, a fait venir sur eux des malheurs; et il n'a point manqué d'accomplir ses paroles; il s'est levé contre la maison des méchants, et contre le secours de ceux qui commettent l'iniquité.

3. L'Égyptien est un homme, et non pas un Dieu; ses chevaux ne sont que chair, et il n'a pas esprit. Le Seigneur étendra sa main, et celui qui donnait du secours sera renversé par terre, et celui qui espérait être secouru tombera, et une même ruine les enveloppera tous.

4. Car voici ce que le Seigneur m'a dit: Comme lorsqu'un lion ou un lionceau fond, en rugissant, sur sa proie, si une troupe de bergers se présente devant lui, tous leurs cris ne l'étonnent point, et leur multitude ne l'épouvante point; ainsi le Seigneur des armées viendra pour combattre sur la montagne de Sion et sur sa colline.

5. Le Seigneur des armées viendra secourir Jérusalem, comme un oiseau qui volera au secours de ses petits; il la protégera, il la délivrera, il la passera, et elle sera sauvée.

6. Convertissez-vous, enfants d'Israël, selon que vos égarements avaient été profonds.

7. Car, en ce jour-là, chacun de vous rejettera ses idoles d'argent et ses idoles d'or, que vous vous étiez faites de vos propres mains pour pécher.

8. Assur tombera par l'épée, mais non pas d'un homme; l'épée qui le dévorera ne sera point l'épée d'un homme; il luira, sans être poursuivi par l'épée, et ses jeunes hommes seront tributaires.

9. Sa force disparaîtra sans sa frayeur, et ses princes fuiront, étant pleins d'effroi. Voilà ce que dit le Seigneur, qui dans Sion un feu brûlant et une fournaise dans Jérusalem.

lis, nomen ipsum *Sancti Israelis* satis ostendebat. Nam illius Sancti vires et potentiam adversus Ægyptum ipsam et alios hostes sapientis experti fuerunt: ob quod et *Sanctus Israelis* dicebatur.

VERS. 2. — IPSE AUTEM SAPIENS. Sensus constat; sed apertius redditur si non omitatur conjunctio quæ est in Hebræo, et *adducit, etc.* Initio superioris capitis vidimus quo pacto suo prudentia et consilii in auxilium Ægyptiorum implorare decreverunt. Ad illud ergo respiciens non sine quadam irrisione addit: *Est autem ipse quoque sapiens*; q. d.: Ipse quoque Dominus juxta sapientiam suam scit quid facto opus sit; et quid vestra isthæc contumacia mereatur ut non ignorat, ita quoque vicem sapientissimè rependat. ET ADDUXIT MALUM. Parùm facit an per præterita an per futura hæc reddantur. Illic necum, lector, considera quomodo in calamitatibus, quibus premimur, dignum semper sit Dei sapientiam mente volvere, juxta cujus dispensationem adversa nobis adveniunt; et, si fallor, nostram prudentiam, cui Dei oblitus inimitur, et secundum quam omnia nostra disponi-

mas, plerumque intelligemus flagellari. Vixit su-  
 vox *assur*. *Poenitentia* *phara*, *non asserere* (vel *non*  
*cedere futuri*) *verba* *su* vel *aliovis*, *Hebraeus* est  
 adimplere, et non irrita facere, ut Jos. 11: *Sic fecit*  
*Josua*; *neque discessit fecit* *versum* *illum* *de cunctis*  
*que mandaverat Jehoa* *Mosi*, etc. Quæcumque  
 autem per Moysen comminatus fuerat Dominus in Le-  
 vitico et Deuteronomio Israelitis, si Deum suum aut  
 regem eius desererent, omnia adfluxit Dominus super  
 illos; insuper et quod superiori capite dixerat, fore  
 iniquitatem illorum veluti rapturam, etc. Er. *cosen-*  
*ter*, (vel *sarcech*) *adversus domum malignorum*. De  
 Judæis intelligit, ut ver. seq. exponitur; utrosque  
 enim eadem damnatione involvit, quia similes erant  
 moribus. Judæus vocat *malignus*, *Egyptius operatio-*  
*res*, seu *opifices* *coenoscædus*, id est, qui concupis-  
 centiis suis morem conatur. Quæ est descriptio quæ-  
 dam gentium que fecerunt Deum, ut apud D. Paulum  
 et D. Petrum videre licet. *Conversare* autem *adversus*  
*quempiam* est in Scripturis prompto animo ad na-  
 tum intendendum se preparare, vel venire, vel consi-  
 stere. Ubi quoque animadversione dignum est, non  
 sufficere Deo ut qui ipsi non confidunt, et externis  
 auxiliis inveniuntur, se deceptos sentiant; et a malis,  
 contra que auxilia sperabant, non solum non eripian-  
 tur, verum etiam ab ipsis præoccupentur; nisi etiam  
 ab illis d. aditent peccatum, et injuriam quam Deo  
 inferunt maligni, illos accerrime novis flagellis cedat:  
 ut quantum nobis sapientia nostra nocentiam, vel in  
 hoc conjectari possimus.

VERS. 3. — *EGYPTUS*, id est, *Egyptii*. Ille insipientia  
 eos convincere conatur; vau quod nomini *Egypti*  
 præponitur *pro enim* libenter acciperem, quasi sit  
 ratio ob quam *Væ* eis prædixerit et in eos invehatur,  
 juxta illud Jeremæ: *Maledictus quicumque confidit*  
*in homine*, et *ponit carnem brachium suum*, et *in Deo*  
*recedit cor ejus*, etc. Non quod humana auxilia non  
 sint interdum querenda, sed quod Deo diffidere et  
 ad Deum non recurrere semper penâ dignum sit.  
 Quid miraris quod sic fiduciam vestram in *Egyptiis*  
 damnem? *nuncquid non homines sunt? et equi eorum*  
*carnes?* Deus autem Deus est, et *Spiritus*; cujus vir-  
 tus vel hæc unâ re elucescet, quod nihil aliud faciet  
 quam *manum suam inclinare*; idque sufficet ut illi  
*impingant*, *isti corruant*, *omnesque simul intereant*. Ho-  
 mo, et quæcumque carne constant, non nisi certo tem-  
 pore, cœtis legibus et certo quodam modo juvare  
 possunt; mortalia sunt multarum rerum indigentia,  
 mutationibus subjecta, etc. At Deus *spiritus* est; ubi-  
 que et semper aesse, infinitis modis eripere ac ju-  
 vare potest, etc. Verum quoniam pacto *corrumpit* tam  
 qui *auxilium petebant Judæi*, quam qui eos *adjuva-*  
*bant Egyptii*, atque ob hoc crimen *consumpti sunt*, ni-  
 fallor, ex Scripturis ostendi non potest, præsertim  
 temporibus Sennacherib, de quibus est sermo: præ-  
 ter id quod *Egyptios* velte auxilium præstare peten-  
 tibus Judæis nihil culpe erat. His adde quod versus  
 sequentes con ruinam *Egyptiorum* vel *Assyriorum*  
 continent. Quod si ruinam hæc ad alia tempora

feras (ut certe, si historie insistas, oportet referas),  
 quorsum fiduciam in *Egyptios* et ob hanc interitum  
 ac consumptionem eo tempore eis obicit quod de in-  
 teritu *Assyriorum* et liberatione *Jerosolymitanorum*  
 verba facit? Anno hæc satis indicant, in perditione  
*Assyriorum* hostium populi Dei perditionem, nempe  
*Judaorum*, tanquam in typo, et in liberatione *Jer-*  
*osolymorum* liberationem servorum Dei de tyrannide  
*Judaorum*, vidisse *Isaiam*? Ridelunt, scio, infideles  
 Judæi hanc interpretandi rationem: sed quid non  
 boni et veri illi ridet? Verum audi quas sequuntur.

VERS. 4. — *QUIA*, etc. Si utrosque *consumen-*  
*dos* denuntiabat, quid est hoc quod quasi rationem  
 reddens, aut certe exponens quod dixerat, his duobus  
 versibus *Jerosolymitanos* salvandos, et v. 8, et 9,  
*Assyrios*, qui *Jerusalem* oppugnabant, perdendos  
 commemorat? Ergo *Jerusalem* quam Deus tunc cir-  
 cuminavit ac protegit, alteris *Jerusalem*, id est,  
 domus servorum Dei, typum gerat; *Assyrii* autem  
 tam *Judaorum* quam omnium hostium populi Dei  
 erant umbra quedam. Consumuntur autem non so-  
 lum ipsi indignum quoque sit ut ea *abiciantur* signi-  
 ficat. Quid enim mirum si pro Deo desinat homo  
 colere quem ipse sibi suis manibus fecit? Unde pul-  
 chra antithesi David *idola* vocat *opera manuum homi-*  
*num*. Deus autem, inquit, *noster in celo*; omnia *quæ-*  
*cumque voluit fecit*. Quantum autem inter hæc interest  
 qui cogitaverit, nihil magnum se fecisse putabit si  
 pro eo qui de *celo quæcumque voluit fecit*, abiciat ea  
 in quibus quæcumque ipse homo voluit, fecit.

VERS. 5. — *VOLANTES*. Sicut aves volantes pullos  
 suos protegent volitando, et ad volatum eos excitanda.  
 Vel tam immunes eos reddet Dominus quam sunt  
 aves que volant; quemadmodum dicebat olim, quod  
 super alas aquilarum eos adduxisset. Et *LIBERANS*.  
 Per participium extulit sensu servato. Hebr. et *erip-*  
*iet transilendo*, et *evadere faciet*. In quibus verbis  
 forte est allusio ad illum Domini transitum, seu an-  
 geli in *Egypto*, quando liberavit *Israelitas* de manu  
 Pharaonis. Nam Exod. 12, eodem verbo *phara*, id  
 est, *transiit*, usus est Moses ter in eodem capite;  
 unde et *Paacha* nomen habemus. Solent quoque aves  
 hæc atque illæ garriendo transilire cum pullos vol-  
 unt liberare, etc. Sed si hoc modo similitudinem  
 accipias, amorem ac diligentiam exprimit Dei liber-  
 rantis; ad illo altero vires et potentiam, ut suos ab  
 omni periculo liberet. Nemo enim oves ejus de manu  
*ipchus* poterit eripere.

VERS. 6. — *IN PROFUNDUM*. Vulgatus sensum suo  
 more expressit, verba præmittens. Est enim ver-  
 bum *Hebraeis* de quo jam alias dictum est, *anac* in  
*hebræis* profundare seu profundum facere, *sarah* verb,

*defectionem* seu *discessionem* notat. *Profundare* autem  
 defectionem est summo studio totisque viribus aver-  
 sionem persequi seu multiplicare, quodque Apostolus  
 dicit *radicare et fundare*. Potest autem et sic verbi  
*Reverimini*, ob ea quæ demersi sunt *aversione filii*  
*Israel*; estque mutatio personæ solis *Hebraeis* non in-  
 venusta. Vulgatus in secundâ personâ utrumque ex-  
 tulit. Si autem consuetudinem verborum consideres,  
 videlicet: *Protegete*, *Dominus populum suum* et *circum-*  
*muniente*, ac *liberante*, omnino decere homines à de-  
*positum desistere* et ad Deum redire.

VERS. 7. — *IN PECCATUM*; *causa*, sine prepositione  
 formâ nominis legitur, id est, *peccatum*, *erratum*, etc.,  
 et sic reddi potest, quod *peccatum fecerunt vobis ma-*  
*nus vestras*. Vel potest legi in formâ infinitivi, id est,  
*errando*. Sensus autem est quem expressit Vulgatus,  
 nam supra e. 2, dicitur: *Abiciet homo idola que fe-*  
*cit sibi ad gloriam suam, vel ut supplicaret*, etc. Illa au-  
 tem geminata pronominis, *vobis*, *vestras*, etc., et con-  
 versionem commendat, quod qui ex animo redent  
 non dubitant opera sua damnare, quantumvis dile-  
 cta; et quàm dignum quoque sit ut ea *abiciantur* signi-  
 ficat. Quid enim mirum si pro Deo desinat homo  
 colere quem ipse sibi suis manibus fecit? Unde pul-  
 chra antithesi David *idola* vocat *opera manuum homi-*  
*num*. Deus autem, inquit, *noster in celo*; omnia *quæ-*  
*cumque voluit fecit*. Quantum autem inter hæc interest  
 qui cogitaverit, nihil magnum se fecisse putabit si  
 pro eo qui de *celo quæcumque voluit fecit*, abiciat ea  
 in quibus quæcumque ipse homo voluit, fecit.

VERS. 8. — *GADE ASSUR*. Primum est velle Domi-  
 num nos protegere, ut v. 4, et 5, deinde sequitur no-  
 stra conversio v. 6, et 7, tandem corrumpit hostes no-  
 stri. Hic manifeste *interitus Assyriorum* continetur,  
 qui ab angelo sunt percussi; hos nomine *Assur* intel-  
 lige. Rex enim in patriam suam *confugit*, ibique *gladio*  
*hominis cecidit*. FUGIET NON A FACIE GLADII. Vulgatus  
 pro *non* accepit. Contentundum namque rabbinis ali-  
 quod Scripturæ locis in hæc voce commutata reperiri  
 hæc duo elementa 1, et 8; sed id dicunt de *non* pro  
 1 pronome: contra autem nescio an aliquod inven-  
 niatur exemplum. Ideo dicere possumus 1 hæc in  
 sua significatione accipi, et juxta *Hebraicum*, quo  
 nos Hispani sæpe utuntur, superfluere; *ibo mibi*, pro  
*ibo*; *fugiet tibi*, pro *fugiet*, etc. *VECTIGLES*. Non male  
 sensum reddidit. Ergo *Hebraicum* retinui, quod  
 alium quoque sensum admitteret. Est autem nomen  
 mas à verbo *mittas*. *Neque fecit*, diciturque tam de re  
 quam de personâ. Vide Deut. 20: *Erunt tibi tribu-*  
*tam, et seriet tibi*; et 1 Reg. 5 et aliis locis, in qui-  
 bus, sicut hæc loca, de personis vires dicit. Invenitur  
 que semel formâ *fen*. Deut. 16, *missa* pro *contribu-*  
*tione*: unde nonnulli ex nostris voluerunt nomen  
*missa* esse doctum, quasi esset vox *Hebraea*. Verum  
 cum videam Græcos Patres hæc voce *missa* usum  
 quam usus (nisi autem fuisset si jam inde ab Apo-  
 stolorum temporibus in Ecclesiâ hoc nomine vocatum  
 fuisset nostrum sacrificium), existimo non esse vocem  
*Hebraicam* sed *Latinam*, quasi diceretur *missio*, nem-

pe populi, ab ultimis verbis: *Ite, missa est*, quibus  
 populus et congregatio dimititur. Qui tamen diceret  
 sic semper appellatum nostrum sacrificium, et vocem  
 esse *Hebraeam*, dicere poterit Græcos non usos illa  
 voce quod Græcam vocem habereis nondum prorsus  
 significaverit; *missa* enim et *tributum* notat, ac  
 deinde *sacrum ministerium*, quo veluti quoddam pen-  
 sium seu tributum Deo persolvimus; et ad quod etiam  
 fiebant contributiones à populo. Atque hæc eadem  
 ratione nostrum sacrificium *missa* dici potest voce  
*Hebraea*. Quare autem tributum *infectio* dicitur ne-  
 scio plane; nisi forte significaverit auctor lingua san-  
 ctæ tribus res solvi animorum vires atque corda li-  
 quescere, seu etiam facultates diminui: quod faciunt  
 quæ sequuntur.

VERS. 9. — *FORTITUDO ERIS*. In *Hebræo* est nomen  
*rupsis*, quo passim pro *robore* et *fortitudine* utuntur.  
 Et eleganter verbum *transcendi* apposuit nomini *rupsis*.  
 Non enim transeunt nisi levia et quæ firmitudine  
 carent, ut umbra, dies, nubes, et similia; at *rupem*  
*transire* quis audivit? Notat ergo subito vicissitudi-  
 nem, ut veluti nebula quædam et flatus *transiet* quod  
 firmum ut *rupes* esse videbatur; ut videas et Dei vir-  
 tutem, et inanem mundanorum fiduciam. Videtur au-  
 tem exercitum *Assyriorum rupsis* comparare. A *TEB-*  
*ERONE* (1); *mem* pro *præ* hic licet accipere, ut sæpe  
 alias. Nomen autem *magor*, id est, *paror*, à verbo est  
 quod peregrinationem interdum significat, forte quod,  
 desinitie *Cicerone*: *Timor est loco motens mentem*.  
 Adde quod et verbum ipsum *pur* constructum cum à  
 vel ab, etc., est *espatescere*; hinc nomen cum *mem*  
*pacorem* notat. *FUGIETES PRINCIPES*. Vulgatus *minime*  
*pro fugâ* accepit, à verbo *mas*; nam *manos*, *fuga* est, Ps.  
 141, et Jer. 25, et 46, etc. Ergo quasi scriptum esset  
 sine *mas*, *manos* accepit Vulgatus cum adhibere sine  
 punctis essent Scripturæ; quamvis in hæc formâ non  
 alicui legatur. Juxta punctationem autem præsentem  
 est nomen, quod signum notat, à signo *conservati*  
*sunt*, id est, à signis que videbant super castra in  
 celo, in aere, etc., de quibus superiori capite dictum  
 est. *DIXIT DOMINUS*. Jam de hæc formâ loquendi et vo-  
 ce *neum* non semel dictum est; q. d.: Quæ hæcenus  
 audistis nemo dubitet quin futura sint; *certain sermo*  
*est et fidelis Jehoa*, qui perpetuis sacrificiis in tem-  
 plo *Jerusalymitano* colitur. Id enim habere *foctum* est  
*farium* significat; quod insinuat quod non possit non  
 adesse illis à quibus jugiter colitur, et quod sacrificia

(1) *Hebræus*: Et à munitione suâ præ terræ transi-  
 bit, id est, deseret munitionem suam, quod ad ver-  
 bum quidem accidit Sennacheribo, 4, Reg. 19, 35;  
 mystice verò diabolo forti armato, qui cum fortior  
 illo Christus superbo, munitionem suam reliquit,  
 Luc. 11, 21, 22. *Et paventur gigantes*. *Hebræus*, et  
 paventur à signo, id est, à vestigio Domini, principes  
 ejus (*Assur*). *Mystice verò*, omnes demones et prin-  
 cipes diaboli paventur à signo crucis Christi. *Unus*  
*est ignis in Sion*, id est, cujus altare est in Sion, aut  
 cui sacrificia offeruntur in Sion. Per ignem enim,  
 quem Deus jussit in altari perpetuo conservari,  
 Levit. 6, 12, altare ipsum et sacrificia intelliguntur.  
*Et cernimus ejus in Hierusalem*. Repetio est idem  
 significans. (Maldonatus.)

1215  
 1. *sint* que adversus hostes bellum gerant, ut supra dictum est de *bellis oblationis*, c. 50, v. 52. Certè Numà Pompilius nuntius de adventu hostium respondebat: *Ego sacrificabo*. Quòd si victoriam irrationales certiores redderent Israelitis de auxilio Dei, quid *hostias rationales, viventes, et deo placentes*? quid fiducia multa hominibus? CAPUT XXXII. *ad v. 1.*

1. *Ecce in justitia regnabit rex, et principes in iudicio praeerunt.* *Justitia* multiplicata iustitiam ostendit.

2. *Et erit vir sicut qui absconditur a vento, et celat se à tempestate, sicut rivi aquarum in siti, et umbra petrae prominentis in terra deserta.*

3. *Non caligabunt oculi videntium, et aures audientium diligenter auscultabunt.*

4. *Et cor stultorum intelliget scientiam, et lingua laborum velociter loquetur et planè.*

5. *Non vocabitur ultra is qui insipiens est, princeps; neque fraudulentus appellabitur major.*

6. *Stultus enim fatrà loquetur, et cor ejus facit iniquitatem, ut perficiat simulationem, et loquatur ad Dominum fraudulenter, et vaciam faciat animam esurientis, et potum sitientis auferat.*

7. *Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnavit ad perdendas vias in sermone mendaci, cum loqueretur pauper iudicium.* (1) *non*

8. *Principes verò ea quae digna sunt principe cogitabit, et ipse super duces stabit.*

9. *Mulieres opulente, surgite, et audite vocem meam: filiae confidentes, percipite auribus eloquium meum.*

10. *Post dies enim et annus, vos conturbabimini confidentes; consummata est enim vindemia, collectio ultra non veniet.*

11. *Obstupescite, opulente: conturbabimini, confidentes; exiite vos, et confundimini; accingite lumbos vestros.*

12. *Super ubera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili.*

13. *Super humum populi mei spinæ, et vepres ascendent: quantum magis super omnes domos gaudii civitatis exultantis.*

14. *Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est, tenebrae et palpatio factae sunt super speluncae usque in aeternum. Gaudium onagrorum, pasca gregum.*

15. *Donec effundatur super nos Spiritus de excelsis, et erit desertum in Carmel, et Carmel in saltum reputabitur.*

16. *Et habitabit in solitudine iudicium, et justitia in Carmel sedebit.*

17. *Et erit opus justitiae pax, et cultus justitiae silentium, et securitas usque in sempiternum.*

18. *Et selebit populus meus in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiduciae, et in requie opulenta.*

19. *Grando autem in descensione salutis, et humilitate humiliabitur civitas.*

20. *Beati qui seminatis super omnes aquas, immitentes pedem bovis et asini*

sacrificium illud iuge in Ecclesia, quo Unigenitum Deo Patri offerimus in animis nostris, non efficit? Quomodo ignem charitatis in pìorum cordibus perpetuo ardentem despiciat bonus Pater? Perdet, perdet, seio, hostes Ecclesiae, si ignis hic et fides non deficiat.

CHAPITRE XXXII.

1. Car il viendra un temps où le roi règnera dans la justice, et où les princes commanderont avec équité.

2. Et chacun sera comme dans un abri à couvert du vent, et dans une retraite contre la tempele; le prince sera ce que sont les ruisseaux dans une terre aldrée, et ce qu'est l'ombre d'une roche avancée dans une terre déserte brûlée du soleil.

3. Les yeux de ceux qui verront ne seront point troublés, et les oreilles de ceux qui entendront écouteront avec attention;

4. Le cœur des incensés sera éclairé de l'intelligence, et la langue de ceux qui bégayent s'exprimera promptement et nettement.

5. L'imprudent ne sera plus appelé prince, ni le trompeur ne sera plus appelé grand.

6. Car l'imprudent dira des extravagances, et son cœur s'abandonnera à l'iniquité, pour achever le mal qu'il dissimulait, pour parler au Seigneur avec une langue double, pour réduire à l'extrémité l'âme du pauvre, et pour ôter l'eau à celui qui meurt de soif.

7. Les armes du trompeur sont malignes; car il s'étudie à trouver des inventions pour perdre les humbles par un discours plein de mensonge, lorsque le pauvre parle selon la justice.

8. Mais le prince aura des pensées dignes d'un prince, il conservera son autorité sur les chefs.

9. Femmes comblées de richesses, levez-vous, et entendez ma voix; filles, qui vous croyez si assurées, prêtez l'oreille à mes paroles.

10. Dans quelques jours, et dans une année, votre assurance se changera en un grand trouble, car on ne fera plus de vendanges dans les vignes, et on ne moissonnera plus.

11. Tremblez, ô femmes opulentes; allez, audacieuses; déposez-vous de vos ornements, couvrez-vous de confusion, revêtez-vous de sacs.

12. Pleurez vos enfants, votre terre qui était si abondante, et vos vignes qui ont été si fertiles.

13. Les ronces et les épines couvriront les champs de mon peuple; combien donc plus couvriront-elles toutes ces maisons de plaisir d'une ville plongée dans les délices!

14. Car ces palais seront abandonnés, cette ville si peuplée deviendra une solitude, ses cavernes seront couvertes pour jamais d'épaisses ténèbres. Les ânes sauvages s'y joueront, les troupeaux viendront y paître.

15. Jusqu'à ce que l'Esprit du Seigneur soit répandu sur nous du haut du ciel, et que le désert se change en un champ fertile, et le champ fertile en un bois sauvage.

16. L'équité habitera dans le désert, et la justice se reposera dans le champ fertile.

17. La paix sera l'ouvrage de la justice; la tranquillité et la pleine sécurité seront à jamais le fruit de la justice.

18. Et mon peuple se reposera dans la beauté de la paix, dans des tabernacles de confiance, et dans un repos plein d'abondance.

19. Mais la grêle tombera sur la forêt, et la ville sera profondément humiliée.

20. Vous serez alors comblés de richesses, et on vous dira: Vous êtes heureux, vous qui semez toutes les eaux, et qui envoyez paître le bœuf et l'âne, vous recueillerez des fruits en abondance.

1217  
 1. *Ecce*. Brevissimo tempore post vastos Assyrios regnavit feliciter Ezechias; nempe per 15 annos. Post ejus autem mortem regnavit crudelissimus Manasses; ut verisimile sit, sicut per Assyrios hostes populi Dei delineatos diximus, ita prophetam quoque alia feliciora tempora, et alterum regem sanctiorem Ezechia, occisis populi Dei hostibus, regnantem vidisse. Sed etsi hæc de toto ejus regni tempore dicta Manasses, nempe 29 annis, non tamen sufficiens videtur illa felicitas ut eam sic propheta decantaret. Ezechiam ergo ut typum, et regnum Filii Dei ut veritatem consideremus. In *JUSTITIA*, Hebr., ad *justitiam*. Sensus idem est quòd in hoc totus incumberet Ezechias ut justè regnum administraret. Ut unum quoque Hebraei nominibus cum *lamed* pro adverbis; ad *securitatem*, id est, securè; ad *justitiam*, id est, justè, etc. Et *PRINCIPES EJUS*; ad verb.: *Et principibus ejus ad iudicium principatum administrabunt*. Quare suppleri potest, *dabitur ut, nisi dicere velis lamed esse articulum nominativum. Futurum quoque, inquit, est ut principes ex animo justitiam amplectati jus rectè omnibus dicant*. Tales enim plerumque habemus principes ac magistratus qualem regem habuerimus. Quòd si rex pius sit ac justus, et non caret an magistratus justitiam colant, jam justus ipse dici non potest.

2. *ET ERIT VIR*. Nonnulli hie *virum* illum ipsum regem intelligunt; q. d.: *Et erit vir ille*, etc. Ego tamen more Hebræorum *isch* distributivè accipio, ut Hebræis infinitis aliis locis, quòd videlicet *quis ex principibus sit veluti, et qui absconditur*. Vulgatus illud *isch*, id est, *quis, ad populum retulit*; et sensus in idem redit. Si enim *quisis* è populo erit similis illi qui latibulum subit ingruente tempestate, ergo principes habet qui sint pro latibulis, etc. Ad verb.: *Et erit vir quasi latibulum*. Nam *caba*, quod in primà non legitur nisi in passivè neutrali significatione, est *occultari, abdi, etc.* Hinc nomen *macabe abditum, latibulum*; ut 1 Sam. 25, ubi Vulgatus in plur. *latibula* vertit: *Considerate omnia latibula ejus in quibus absconditur*. A *VENTO*, Hebr., *latibulum venti*, sicut quod sequitur, *abscondio imbris vel nimbi*. Ergo improbi comparantur, primò, *vento impetuoso*, deinde, *imbris impetuose cadentibus, seu inundationi*, tertio, *siccitati*, quarto, *estati*. Ut enim quatuor hæc molesta sunt nobis, ita improbi, præsertim potentes, probis viris, maxime pauperibus, molestissimi sunt. Boni autem magistratus *latibulis, protectionibus, rivis* atque *umbrae* comparantur, quòd ab injuriis potentium infirmiores tententur dum jus cuique reddunt, neque aliud quàm justitiam attendunt. Tales plurimos quasi partu eedit Evangelium. Neque tam justos unquam magistratus peperit aut philosophia aut recta ratio aut Moisaica institutio quàm Evangelium, quod totum justitiam spirat. Sub Evangelio enim et in Christi regno est animorum sanctificatio ac justificatio multo augustior quàm unquam fuerit. At justitiam politicam quis, quæ quæ melius est quàm qui justus est iam Don

fuerit? Cùm ergo regnum hujusmodi *latibulis* destitutum viderimus, ut non habeant pauperes ad quos confugiant, sed sit ac fame justitiae percant, non ibi Christum regnare putemus. *PROHIBENTIS; caba*, *gravem vel pondere, vel ditibus, vel dignitate et honore significat*; hic pro *ampla et ingenti accipitur*; fortè quòd sicut vulgò nos Lusitani nomen *honoris* pro magnitudine usurpamus, ita Hebræi *rapen honoratum*, id est, immanem, magnam, prominentem, appellant.

3. *NOX CALIGABUNT*. Sensus eleganter reddidit; ergo significationem verbi retinui: quòd tamen juxta variam constructionem variè quoque reddendum est. Supra 29, 40, et seq. diebus *oculos restringendos, et principes, qui visores videbant*, etc. Oppositum hic promittit: nam sub Christe restaurata est visio et omnia bona; nec solum justos principes haberunt Christiani, sed et vigilantissimos pastores; qui que à Deo audiente populo nuntiabant; et populi aures quæ ab eis dicebantur diligenter auscultabant.

4. *STULTORUM*. Manifestum est verbum *mahar* esse idem quòd *festinavit*; *nimchar* etiàm propriè est *festinus*. Infra 55, Vulgatus *festinos corde reddidit pusillanimes*, ego puto hic rectè Vulgatum vertisse. Nam *stultorum* est precipitanter res aggredi, sententiam dicere; et hos vocasse Paulum *impetuosos*; 2 Tim. 3, *precipites*; unde ab hoc verbo est nomen geminatum quod *precipitatio* notat, Ps. 140. Nulli autem ad *pericipiendam scientiam* magis inepti sunt quam qui vel naturà vel vitio *precipites* sunt. Quod enim ad rectè pronuntiandum impedimentum facit *balbuties, blabulatio et hesitantia lingue*, hoc ad intelligendum facit *precipitantia*. *Sapientia* autem si cum *eloquentia* jungatur, dici non potest quanta efficiat in populis. Igitur ad enutulum felicitatis Christianorum hic promittuntur pastores et doctores et verbi Dei interpretes, quos creavit Dominus ex rudiibus gentibus, quibus scimus jam olim ditatum fuisse Ecclesiam, ut vides in Epistolis Pauli; sed neque modò desunt. *VELOCIUS LOQUETUR, ET PLANÈ*. Sensus doctè reddidit; ergo verbum verbo. Dicant mihi Judei quomodo hæc sub Ezechia vera fuerunt.

5. *IS QUI INSIPENS EST*. In Hebræo manifesta est oratio, quæ sic planè reddi potest, id exigente constructione verbi *cara cum lamed*: *Non amplius futuro impetoret nomen principis*: id est, nequam qui insipiens fuerit set fatuus in principum eligentur. Non quòd ibi in populo Christiano nunquam eveniat, sed quòd tanta futura esset in regno Christi sapientum multitudo ut nulla unquam necessitas congeret stultos et sensu vacuos, ratione et cerebro destitutos, in pastores seu spiritales reges eligere. *PAX* et *securitas*. Verbum *nadab*, id est, *spontaneus, liberaliter, munificus* fit, includit etiàm quendam hilaritatem seu alacritatem, et quodammodò heroicam magnificèntiam et largitatem. Unde est nomen *nadib munificus, beneficus*, seu qui *animum habet heroicum ad benefa-*